



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XVI. Visio Cvivs Fratris Post obitum eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

& in cœna aquam conuertit in vinum ad nuptias, vt liquido monstraretur, quod die eodem ERMINOLDVS noster domum cœlestem introiuit in holocaustis, & cœli qui regi patuerant, militi & ipso die patere deberent, & quod molestiarum aquæ præsentium inter conuiuas æthereos, in vinum sibi essent æterni gaudij conuertendę. Quis cum præterea purpurata rosaria martyrum introisse non credat? cum & iustitiæ suæ causâ mortis extiterit, propter quam persecutionem passus est occisoris, & in morte seruauerit patientiam, nihil durum interminâs imprecansq; hœtori, & cum postremo tantæ conscientię fuerit in eo sanctitas, vt moriturum se præsciens & prophetans de diuino cura erit magis officio quam de suis exequijs ordinare.

ERMINOLDE ergo Abba Pater, memor esto congregationis tuæ quam possedisti ab initio isto suæ foundationis, & inquam felicem cursum præsentis stadij consummasti, æternæ gloriæ præmium apprehendens. Ideoq; suppliciter exoramus vt gregem tuum pastor bone non deseras, sed apud beatos ciues tuos continua protectione custodias tuas oues, quas primus opilio pascendas à domino suscepisti, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Duo tamen miracula annectimus quæ post eius obitum contigerunt. Vnum quidem quod vnum de nostris, alterum quod alterius cœnobij fratri cuidam euenit, vt non solum à suis hic Pater, sed & ab eis qui foris sunt testimonium habeat sanctitatis, & primum quidem de nostro duximus ordiendum.

VISIO CVIVSDAM FRATRIS POST
obitum eius.

XVI.



RAT apud nos Monachus quidam provec-
tæ quidē ætatis sed miræ sanctitatis & simplicitatis
in vita sua. hic cum vocandus à domino lecto
decum-

decumbēs ad exitum propinquaret, à deputato sibi ministro, si adesset aliquis, inquisiuit, erat autem Sabbathum, hora qua sonitu tabulæ ad mandatum Fratres more solito conuocātur. Audiens ergo nullum esse præsentem, *Ecce*, inquit, video cælos apertos, & beatum patrem nostrum venerabilem *ERMINOLDVM* videlicet, assistentem in maxima gloria coram Deo, quod vt verum esse non dubitetur in testimonium veritatis, iam spiritum exhalabo. Quo dicto, morte intercedente, & sermonem confirmanste quod dixerat, protinus comprobauit.

ALIA VISIO CVIVSDAM FRATRIS.

ACCEDAT & alius testis, qui de remotis partibus venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine meritorum venerabilis *ERMINOLDI*. Frater quidam ex nostris, quodam vindemiæ tempore missus in *AUSTRIAM*, claustrum q̄ *KOTVYK* dicitur, hospes intrauit, hospite quodā alio de claustro dicto *GÄRSTEN*, casualiter cointrante. Igitur hora refectionis, cum veniretur ad mensam, hospes hospiti ad vesendum pariter est adiunctus. Et cœna facta cum fabularentur, & secum quærerent de diuersis, vt fieri assolet, *GÄRSTENSIS* ille à fratre nostro diligentius inquisiuit, si aliquando habuissē⁹ Abbatem, cui nomen fuerit *ERMINOLDVS*, & audito quod sic, & q̄ insuper apud nos fuerit primus Abbas, ille sic orsus est: Quāuis, inquit, nullā omnino notitiam vel vitæ vel nominis eius prius habuerim, nup̄ tamen in veritate comperi, quia non est parui aut mediocris, sed maximi meriti coram Deo. Nam ex fluxu sanguinis mire vexatus, nimia nuper infirmitate & ægritudine laboraui, adeo vt de vita etiam desperarem. Cumq; sanctorum quam plurimum pro euasione periculi postularem
auxi-

XVII.